

ETYMA GRAECA

ἄνευ (ἄνεω)

„stumm, still“ (Hofmann s. v.) adhuc originis incertae habetur. Quam vocem cum ἄνευ „sine“ coniungi debere paucis nos ostendere posse speramus. Ut enim lat. *sine* propinquum est scr. *sanutār* „weit hinweg“, av. *hanarə* „fern von, ohne“ etc., unde scr. *sánutarah*, *sánutyah* „verstohlen, unvermerkt“ et hitt. *šanna-* „verschweigen, verheimlichen“ (Lohmann IF. 51, 326, n. 1) derivata sunt, ita ἄνευ cum ἄνεω arto quodam vinculo continetur:

lat. *sine*: hitt. *šanna-* „verschweigen . . .“ =

gr. ἄνευ: gr. ἄνεω „stumm, still“.

Porro et vocis lat. *sine*, quem proprie locativum **senē(u)* stirpis in *-u-* cadentis esse Walde—Hofmann s. v. docent, et gr. ἄνευ formas prorsus congruere appareat. Igitur ἄνεω nom. pl. esse, ex -ηφοι ὀρτυμ, iure suspicantur, cf. LSJ s. v. Formam adiectivi obsoleti in adverbium abiisse vel adverbii loco haberi coeptam esse mirum non est.

ἄνθρωπος

Virorum doctorum, qui huic voci explicandae operam impenderant, conatus H. Seidler, Glotta 32 (1953), 225 ss. nuper recensuit. Sed ne eorum quidem sententia, qui vocem ex ἄνδρ- (ἀνήρ) et -ωπ- fictam germ. *Mensch* „*viri similis“ comparari posse putaverunt, probari potest, cum -θ- vocis ἄνθρωπος nequaquam ex -δ- nasci potuerit. Quapropter etsi vereor, ne ligna in silvam ferre videar, alia via ingredienda est. Etenim in voce graeca idem soni ν—ρ occurrunt atque in Γοντρυνίοι < Γορτυ- (= Γορτυ-), γάγγραινα < *γαρ-, δειδρύω < *δερ-, τονδορύζω < *τορ- (Schwyzer I 258 s.). Igitur et ἄνθρωπος ex *ἄρθρ-ωπος fieri potuit, cuius in parte priore subst. ἄρθρον „artus, membrum“ latere videtur. Quod si ita est, vox eum significat, cuius *vultus articulatus* est.

βωβός

πτορός (= πηρός?), χωλός etiam „mutum“ significat, cf. LSJ s. v. Suffixum -βος corporis vel animi mendum designat,

ut in adi. κλαμβός, σκαμβός (Specht, Dekl. 262 ss.). βαβός coniungendum est cum verbo βαβύζειν· σαλπίζειν, cuius origo onomatopoeica dubia non est. Nam sonus rarus *b-b* ad sonum raucum designandum mirum quantum idoneus est. Itaque βαβός primum „mutus“, deinde „claudus“ accipiendus est, quod etiam μύρκος „mutus“ et lat. *murcus* docent. Ceterum The American College Dictionary (New York 1952), 373 s. v. *dumb* bene monet: 1. without the power of speech... 5. lacking some usual property, characteristic, etc.

ΔΙΚΕΙΝ

Originem verbi exploratam non esse Boisacq et Hofmann s. v. contendunt. Atqui notiones „iaciendi, vibrandi“ et „scintillandi“ inter se cognatas esse constat, cuius rei documento sunt: scr. *sphurāti* „schnellt... funkelt...“ (Persson, Beiträge 789); lat. *coruscō* „mit den Hörnern stoßen“... „schnell hin und her schwingen“, intr. „schwanken, flattern; zucken, schillern, flimmern; blitzen“ (Walde-Hofmann s. v. *coruscus*); lat. *vibrō* „agiter rapidement... scintiller“ (Ernout-Meillet s. v.). Igitur Pokorny 183 significatum radicis **dei-* „hell glänzen...“ ex antiquiore quodam „*Strahlen werfen“ (interrogationis signo apposito) non sine causa derivatum esse suspicatur. Quodsi exemplis, quae atulimus, freti radicis **dei-/*di-* vim primariam „iacere, conicere“ fuisse concedimus, aor. δεικ-εἶν „conicere“ e radice **dei-/*di-* et formante -*q-* constare apparet.

Deinde nota est ratio, quae inter σεῖω „schüttele, schwinde...“ (Hofmann s. v.), scr. *tvísāti* „erregt sein, funkeln, glänzen“ (ibid.) et σεῖριος „glühend, brennend“ (Hofmann s. v.) intercedit. Igitur etiam τιν-θ-ός „kochend heiß“, τινθαλέος „id.“ cum stirpe verbi τινάσσω „schwinde, schüttele...“ (Hofmann s. v.) coniungere licebit.

ἔγκοακίσαι·

ἔγκοακίσαι λάθρα ex κοία· κλέψημα (non suo loco inserto!) derivatum videtur, nam furtum occulto fit.

ἔρανος,

ut etymologica docent, ex eodem fonte (**uērā-/*uēr-*) fluxit atque hom. ἦρα φέρειν „einen Gefallen erweisen“ etc. (Hofmann s. v. εἶρη). Unum addere liceat eodem etiam voces hitt. *uāršanu-* „befriedigen, besänftigen“, *uāršija-* seu *uārš-* „sich beruhigen, sich besänftigen, zufrieden sein“ (Friedrich, Heth. Wb. s. vv.) pertinere.

ζάψ

„aestum maris“ designat et cum ἐπι-ζα-ρ-έω „aggredior, insto“, ζά-λη „mare turbidum, tempestas“ coniungi potest, quas voces Hofmann s. vv. e radice *d̥a- derivatas dicit.

Θαργήλια

Kretschmer, Glotta 10, 108 ss. θαργήλια ex τὰ ἀργήλια, ταργήλια ex τὰ ἀργήλια extitisse voluit, in ἀργ- vero radicem, quae in verbo ἀρχομαι, subst. ἀρχαί „primitiae“ conspicua esset, suspicatus est. Consonantem -γ-, in themate ἀργ- obviam, ex iis vocibus, in quibus -χ- ante -μ- positum in -γ- abiisset, in formam ἀρχ- irrepsisse putavit, v. c. ex ἐπάργματα „primitiae“. Qua in sententia etiam postea permansit (Glotta 20, 252 s.). Vocem ipsam ἀργήλια apud Hes. inveniri dixit, qui θαργήλια ita explicat: Ἀπόλλωνος ἑορτή... ἐν δὲ τοῖς (θ)αργηλίοις (Schmidt in Adnot.: „(θ) Mus.“) τὰς ἀπαρχὰς τῶν φυομένων ποιοῦνται καὶ περικυρρίζουσι. ταῦτα δὲ θαργηλιά φασι... Sed manifestum est ἀργηλίοις in θαργηλίοις corrigi debere itaque vox ἀργήλια numquam extitit neque in lexicis reperitur.

Quae cum ita sint, neque θαργ- ex τὰ ἀργ- neque ταργ- ex τὰ ἀργ- nasci potuit. Praeterea articulus antiquitus in usu neque fuit neque ob eam causam cum voce *á/ἀργ- coalescere potuit. Cuius rei paucissima exempla recentiorum temporum Schwyzer I 413 memorat. Deinde adduci non possumus eam fuisse vim vocis ἐπάργματα et similium, ut -γ- ex iis in vocem θαργήλια irrepsit. Post negari non potest vocem θαργήλια ex subst. θάργηλος χύτρα ἱεροῦ ἐφήματος suffixi -ιο- ope derivatam esse. Quam vocem ex articulo τὰ et ἀργηλος existere non potuisse satis apparet. lure igitur Hofmann s. v. θάργηλος ἄρτος in ea voce explicanda Kretschmerum secutus non est, sed, cum meliora non videret, vocem praehellenicam esse coniecit.

Θάργηλος ἄρτος e fructibus, qui primi nati erant, fiebat. Itaque eum panem e fructibus mixtis nomen invenisse dicere possumus, v. Etym. M. s. v. Θαργηλία... θαργήλια δὲ εἰσι πάντες οἱ ἀπὸ γῆς καρποί... Itaque θάργηλος propinquum est glossae σα-θαρ-υ-γ-ά ταραχή, ubi σα- vim augmentativam habet (v. ZA 2, 1952, 214, 219 ultim. lin.), verbo θράττω „turbo“, e *dhera-gh-iō orto (cf. Hofmann s. v. et Pokorny 251 a), subst. ταραχή. Thema θαρ-γ- igitur ex *dher-g- extitit, quam formam Pokorny 251 b memorat. Itaque θάργηλος ἄρτος propria voce panem mixtum significat. A quo et primitiae θαργήλια dictae sunt et dies festus Apollinis et Dianae. Praeterea et ea facile intellegi possunt, quae Hesychius s. v. θαργήλια adicit: καὶ τὴν εὐετηρίαν ἐκάλουσαν θάργηλον... καὶ θάργηλος χύτρα ἐστὶν ἀνάπλευσος σπερμάτων. Scilicet a varietate frugum copia appel-

lata est. Nec mirum est nomen *Thargeliae* meretrici „multitudine concubinatorum celeberrimae“, ut ait M. Schmidt in Adnot., impositum esse.

Reliquum est, ut formas ταργήλια, Ταργηλιών explicemus. Cum praeter θράττω etiam forma ταράττω in usu esset, mirandum non est sonum τ- etiam in voces θαργήλια etc. irrepsisse.

καρχήσιον

Vocem a κάρχαι καρκίνοι derivatam proprie „id, quod cancri proprium est“ designare supra II 208 s. et 218 monstravimus. Sed Dictionario, quod Bailly—Séchan—Chantraine (= BSC) composuerunt, confisi una in re erravimus. Etenim Aristoteles, Hist. anim. 526 a 6 (= 4, 2, 10 BSC), 532 a 6 (= 4, 7, 9 BSC) κεραίας non „pince d'écrevisse ou d'insecte“, ut BSC interpretantur, sed cornicula (germ. „Fühlhörner, angl. „antennae of the crayfish or of insects“ secundum LSJ) intellegit. Verba Aristotelis 526 a 6 ss. haec sunt: ὁμοίως δ' ἔχουσιν ἀμφότερα (sc. κάραβος ὁ ἄρρην καὶ ἡ θήλεια) κεραίας δύο πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν μεγάλας καὶ τραχείας, καὶ ἄλλα κεράτια μικρὰ ὑποκάτω λεῖα; — 532 a 6 ss. ἔτι κεραίας πρὸ τῶν ὀμμάτων ἔχει ἔνια (sc. τὰ ἔντομα), οἷον αἶ τε ψυχαι(!) καὶ οἱ κάραβοι. Forfices autem Aristoteles χηλάς appellat: 525 b 15 s. πόδας δ' οἱ μὲν κάραβοι ἐφ' ἐκάτερα ἔχουσι πέντε σὺν ταῖς ἐσχάταις χηλαῖς ὁμοίως δὲ καὶ οἱ καρκίνοι δέκα τοὺς πάντας σὺν ταῖς χηλαῖς. Cum vero κεραιαὶ etiam κέρατα appellentur (cf. Thes. I. L. s. v. *antenna*, ubi glossa „κέρας πλοίου, κέρας . . . id est cornu, pertica navis veli, lignum quo vela dependent“ GLOSS. legitur), manifestum est antennae graece καρχήσιον ab eo dictas esse, quod funes earum speciem cancri corniculorum praebent. Id tertium comparationis, quod dicunt, fuisse vel ex eo apparet, quod vas quoddam oblongum utrimque ansatum a similitudine antennarum et funium utrimque pendentium καρχήσιον appellatum esse B. Friedmann, Die jon. u. att. Wörter im Altlatein (ut M. Leumann IF. 57, 154 refert) ostendit. Eodem modo navigii genus quoddam κάραβος propter similitudinem, quae ei cum animali eiusdem nominis est, dictum est.

Itaque in cancro (et carabo) non forfices (quae etiam cornua appellabantur), sed cornicula insignia visa sunt et ab iis καρχήσιον „id quod cancri proprium est“ nomen invenit.

κυλίινθιον

προσώπειον ξύλινον ex eadem radice ac κύλιξ (v. Hofmann s. v.) ortum esse apparet, cum et persona et calix ex ligno facta sint.

κυπάται·

κίναιδοι, μαλακοί et κυβάλης „cinaedus“ (Eustath. 1431, 46) orta sunt a vocibus, quae proprie cavum designant: κύπη τρώγλη et κύβος „cavum“. Ut vero feminam nonnunquam eam, quae pudendo muliebri praedita est, dici constat, qua de re nuper M. Mayrhofer in opere, quod inscribitur „Studien zur idg. Grundsprache“ (Wien 1952), pag. 38, disseruit, ita mirabimur, nisi cinaedi, qui muliebria patiuntur, nomen a κύπη vel κύβω invenerunt.

κυρβασία·

ὄρθη τιάρα. αὐτή δὲ οἱ Περσῶν βασιλεῖς μόνοι ἐχρῶντο. καὶ κορυφή ἀλέκτορος Hes. — et glossae Photii κυρβασίαν, κεφαλὴν ἀλέκτορος et κυρβασία, τιάρα, ἣ οἱ μὲν βασιλεῖς ὄρθῃ ἐχρῶντο, οἱ δὲ στρατηγοὶ ἐπικεκλιμένῃ· καὶ περικεφαλαίας(!) εἶδος καὶ πῖλου separari non possunt a voce hitt. *kurpiši-* n., quam Friedrich, Heth. Wb. s. v. his verbis interpretatur: „(Teil des Helmes; „Visier“ (?); Halsberge (?); — oder überhaupt „Helm“ (?“ et ex churr. *gurpiši* ductam esse declarat. Idem formam *gurzipant-* (s. v.) „ein Visier“ (?) (eine Halsberge (?), einen Helm (?)) tragend“ ex *kurpiši-* derivatam esse putat. Qua vero in lingua suffixum *-isi- in -ασία mutatum sit, plane dici non potest.

λέκιθος

Ut eam vocem explicaremus, supra II 212 et 219 varia exempla attulimus, quibus ovi testa (ventre, matrice) etiam vitellum (fetus) designari ostenderemus. Quibus exemplis addere iuvat: hitt. *šarhuuant-* (commune vel neutr.) „Leibesinneres, Bauch, Mutterleib . . .; — Inneres; — Leibesfrucht, Embryo“ (Friedrich, Heth. Wb. 185) et glossam σκῆν ὁ τινὲς μὲν ψυχὴν, τινὲς δὲ φάλαιναν, quam Hofmann s. v. σκηνή his verbis explicat: „Gehäuse oder Puppe des Falters, dann Falter selbst“. Persson, Beiträge 74 scr. *jartuh* „Mutterleib“ — ags. *cild*, angl. *child* „Kind“ memorat. Iure igitur vocem λέκιθος ad λέκιθον τὸ τοῦ αὐτοῦ λεπίδιον et ambas ad λέκος n., λεκάνη „lanx“ referendas esse diximus.

ληνός,

dor. λᾶνός f. „pressoir; auge . . .“ (Boisacq s. v.) proxime accedere videtur ad vocem got. **lōna* f. „Lache“ < i. — e. **lānā*, quae in prov. *lona* superest (v. Holthausen, Gof. etym. Wb., pag. 65). Neque enim longius distant inter se significatus vocis lat. *lacus* „eau stagnante . . .; bassin, cuve, etc.“ (Boisacq s. v. λάκος). Itaque vocem lett. *lānis* „forêt impraticable, marais“, *lāni* pl. „flaques“ iure huc pertinere dicemus, quamvis Boisacq s. v. ληνός dissentiat.

ληροί·

τὰ περι τοῖς γυναικείοις χιτῶσι κεχρυσωμένα (unde lat. *lēria*, ut Walde-Hofmann s. v. docent, sumptum est) eiusdem originis est ac λῶμα „Saum, Vorstoß, Borde des Kleides“, εὐληρα (*μῆρο-), cf. Hofmann s. v. λῶμα. Significatus vocum comparari possunt cum glossis λεγνώδεις· ποικίλας; — λεγνώσαι· ποικίλαι, quae ex λέγνον „Franse, Saum des Kleides, Rand“ (Hofmann s. v.) derivatae sunt.

λίμινθες·

ἔλμινθες. Πάφιοι e rad. *(s)li-m- aequae ac λείμαξ < *slei-m-, lit. *sliekas* < *sloi-q- „Regenwurm“ (cf. Boisacq et Hofmann s. v. λείμαξ) derivatum est.

λύχνον·

τράχηλον (inter λυχνούχος et λῶ insertum) e *slu-q-s-no ut λύχνος „lampas“ derivatum est, cf. Schwyzer I 327. Nam radix *sleu-/ *slu- et formantis -g- ope, unde λύζω, ἔλυξα (cf. Boisacq et Hofmann s. v.) deductum est, et formantis -q- ope aucta est, ad quam originem λυ-γ-κ-αίνω, quod Suda s. v. ἀναλύουσα habet, et hibern. *slucim* < *slu-n-k-ō „dēvorō“ referuntur (Hofmann l. c.). Significatus vocis λύχνον non procul a m. a. germ. *slūch* „Kehle . . .“ (Hofmann ibid.) distat; idem vocibus δέρη „collum“ et lat. *vorō* (v. Walde-Hofmann s. v. *gurges*) illustrari potest.

μιμάξασα·

χρημετίσασα, φωνήσασα. μιμάξασα ut ex imitatione soni ortum satis iis vocibus, quas apud Boisacq et Hofmann s. v. μινυρός reperies, illustratum est. Unum hitt. *mema-* „sprechen“ (Friedrich; Heth. Wb.), quod ad interpretamentum φωνήσασα quadrat, addere liceat. Vocales in onomatopoeis plane non congruere constat.

όλουφεῖν

(όλούφειν M. Schmidt)· τίλλειν ἢ κατασπᾶν . . . constat ex ὀ- prothetico ut ὀλόπτω (Fick BB. 21, 1895, 277 s.) et radice *leubh-/ *loubh- „decorticare“, quae etiam in slov. *lub*, lat. *liber* „Bast; Buch“ (Walde—Hofmann s. v.) invenitur.

πηγή

In quibusdam linguis fons ex aqua frigida nomen invenit, ut Buck, Synonyms 44 s. docet, cf. slov. *studénec* „fons“ — *studèn* „frigidus“; palaeoslav. *kladъzv*, russ. *kolódec* < germ.

**kaldinga* — *kalds* „frigidus“. Etiam apud Graecos fons quidam appellatus est Ῥιγίστη κρήνη Σινωπίδος Hesychio teste, cf. Ῥίγος, hom. Ῥίγιον, Ῥιγίστος; cf. etiam Νίβα (< **snigūh-*), χιόνα, καλείται δὲ οὕτως καὶ κρήνη ἐν Θράκη Phot. Atqui *glacies* graece πάγος, παγετός dicitur, *frigida* πηγ-υλῖς (Hofmann s. v. πηγ-υμι). Ergo vocem quoque πηγῆ, dor. παγά primum „aquam frigidam“, tum „fontem“ significavisse conicere licet. Substantivum generis fem. est, ut fit in nominibus fontium, cf. Wackernagel, Vorles. üb. Synt. II² 31 lin. 2.

π ὠ γ ω ν, - ω ν ο ς

Vox π ὠ γ ω ν ex praepositione πω- vel πός et radice -γων, quae in γένυς occurrat, constare videtur, ut Boisacq et Hofmann s. v. dubitantes docent. Quam explanandi rationem probari non posse vel ex eo apparet, quod neque praepositio *πω in Graeca lingua usui est neque *πὸσ-γ- in πωγ- abire potuit. Propterea vox aliter explicanda est.

Buck, Synonyms 220 voces, quae *malam*, *genam*, *mentum* designent, plerisque linguis promiscue usurpari memorat. Itaque verbi causa γένυς et „malam, maxillam“ et „genam“ significat. Porro eadem vocabula et *mentum* et *barbam* denotare dicit (205), v. c. γένειον. Igitur videndum est, num ex appellatione *genae* nomen *mento* et *barbae* impositum sit. *Gena* autem in quibusdam linguis ab eo nomen habet, quod *tumida* est, itaque lat. *bucca* e radice **bu-* „inflare“ derivatum esse docent Walde-Hofmann s. v., arm. *ait* „bucca“ verbo gr. οἰδάω cognatum esse monet Hofmann s. v. οἰδάω. Ex quo efficitur vocem π ὠ γ ω ν ex radice **peu-/pū-/pō[u]*- „intumescere, inflare“ (Hofmann s. v. πυγή) nasci potuisse. Notandum est suffixum -γων, gen. -γωνος simile esse suffixo, cuius ope vox eiusdem fere significationis σια-γών, -γόνος „maxilla“ (v. Hofmann s. v.) facta est. π ὠ γ ω ν α igitur primum „*genam*“, deinde „*barbam*“ significavisse apparet.

σ ἰ λ ο υ ρ ο ς

Nomen *siluri* (slov. *som*, germ. *Wels*) certe subst. οὐρά „cauda“ continet, ceterum incertae originis habetur (Hofmann s. v.). Itaque videndum est, numquid in cauda siluri insigne notari possit. In Encyclopaedia quidem Britannica (1947) V, pag. 30 s. haec legimus: „The European cat-fish (*Silurus glanis*), the „Wels“ of the Germans . . . has a very long tail, beneath which is the long anal fin.“ — Idem tradit Brehms Tierleben III (1922), pag. 222: „sehr lange Afterflossen“; pag. 223. „die Rückenflosse hat 1 harten und 4 weiche, die Brustflosse 1 stacheligen und 14—17 weiche, die Bauchflosse 11—13, die Afterflosse 90—92 (!), die Schwanzflosse 17—19 Strahlen“. Ex quo intel-

legitur pinnam analem longe maximam esse. Quin etiam si imagines siluri aspexeris, eam pinnam per duas fere partes abdominis patere videbis, v. Thompson, A Glossary of Greek Fishes (London 1947), 234; Meyers Konversationslex.⁶ 6, 606 tab. II fig. 10. Quam ob rem verisimile est in voce σιλ- id, quod *pinnam* designet, latere. Atqui Hesychius σίλλεα τρίχωμα . . . nobis tradidit, cuius loco σίλλοί legendum videtur. σιλ- vero idem valet ac σιλ- -i- vocali producta, quam formam cum σιλ- (ουρος), in qua -i- brevis inest, alternare a Solmsenio IF. 30, 11 accepimus. Restat, ut monstremus *pinnam* piscis voce, quae *crines* designet, appellari potuisse. Cuius rei testis est Clearchus apud Athenaeum VIII 332 D (p. 231 K.), qui pinnam ventris a capri *barba* nomen accepisse tradidit his verbis: ὁ δ' ἐξώκοιτος ἰχθύς . . . τὸ δὲ σύνολον ὁμοιωτάτος ἐστὶ τῷ καλουμένῳ τράγῳ ἰχθυδία πλὴν τοῦ ὑπὸ τὸν στόμαχον μέλανος, ὃ καλοῦσι τοῦ τράγου πάγωνα. Quem locum R. Strömberg, Studien zur Etymologie und Bildung der griech. Fischnamen (Göteborg 1943), 102 s. his verbis prosequitur: „Klearchos . . . berichtet, daß man die Bauchflosse des Fisches (sc. τράγος) mit einem Bocksbart verglich.“ σίλουρος igitur propria voce piscis appellatur, qui *caudam crinitam*, i. e. *pinna* occupatam, habet.

σκόλυμος

Nomen plantae Hofmann s. v. ita vertit: „Distelart, Artischocke“; Meyers Konv. — lex.⁶ 4, 390 s. v. *Cynara* L(inné) (Artischocke) plantam ita describit: „Gattung der Kompositen . . . mit federförmigen Pappushaaren.“ A quibus *crinibus* nomen ductum esse verisimile est, cf. glossam σκόλλυς κορυφή ἢ καταλειμμένη τῶν τριχῶν, τινὲς δὲ μαλλόν. Specht, Glotta 31 (1951), 128 voces σκόλλυς et στόλοκρον τὸ περιεκομμένον τὰς κόμας, καὶ γεγονὸς ψιλόν, εἴτε δένδρον, εἴτε ἄνθρωπος . . .; — στόλοκρον κορδύλη, τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ συνεστραμμένον (Photius 540, 9) eiusdem originis et adiectivi lat. *calvus* affines esse monstravit. Nam crines plantae tamquam in vertice capitis ceteroquin calvi nasci dixeris. Radix *(s)gol-u-, ex qua vox σκόλυμος orta est, etiam in adi. *cal-u-os* invenitur. Cum substantivo σκόλυμος coniunctam esse glossam σκόλυβος ὁ ἐσθιόμενος βολβός Specht, Dekl. 267 vidit.

συνέθρισε

συνέτεμε. λεπτὰ ἐποίησεν. ἀπὸ τοῦ θρίσαι, ὃ ἐστὶ τεμεῖν vix per syncopen e verbo θερίζω, ut et LSJ et BSC s. v. θρίζω et Kühner-Blass 2, 116 opinantur, natum est; at Schwyzer, si Indici fides habetur, neque simplex neque compositum memorat. Atqui θερίζω plane a θέρος derivatum est neque cum formis ἡγρόμην (:ἐγείρω), ἄγρόμενος (:ἀγείρω), ἐπιπλόμενος (:πέλω)

sim. (Kühner-Blass l. c.), ubi non syncope, sed apophonia intercessit, comparari potest. Igitur glossa aliter explicanda est. Proximum vero videtur esse verbum θραύω „zerbreche, zermalme“ (Pokorny 274), quam ob rem stirps quaedam **dher-/*dhr-*, unde **dhr-eu-* (Pokorny l. c.) et **dhre-bh-* „zerbrechen, zermalmen“ (Pokorny 272) originem duxerunt, statuenda est. Verbo θρίσαι forma **dhr-i-* subest.

σ φ ή ξ

Glossa κατασφρήκωνται· καθήλωνται Graecis, cum vespae nomen imponerent, formam eius, clavi (ἦλος) similem, ante oculos versatam esse demonstratur. Eodem ἀλάκ.ται (M. Schmidt, Adnot.: „Nonne ἀλακάται?“) . . . οἱ δὲ σφήκας et σφηκίσκος „Spitzpfahl, Dachsparren“ (Hofmann s. v. σφήξ) spectant. Igitur in σφήξ eandem radicem **sp(h)-ā-* atque in σφήν, ἀσπάνιον· πάσσαλον, σφάνιον· κλινίδιον et a voce ψήν „Dattel-, Feigen-, Gallwespe“, quae a verbo ψήν „rodere“ originem ducit, alienam esse concedemus. De -η- ex -ā- orto v. LSJ s. v. σφηνόπους.

τι ν ἄ σ σ ω

Ad eius verbi originem indagandam vix minimi momenti instar habenda est glossa τιταίνειν· σπεύδειν. τείνειν. κραδαίνειν (!) . . . Nam notiones „tendendi“ et „vibrandi“ arto quodam vinculo coniunctas esse v. c. etiam Persson, Beiträge 788 s. s. v. *(s)*perdocet*, cuius vim ita definit: „Spannung [cf. supra τείνειν] . . . zuckende Bewegung . . . heftige Bewegung überh. . .“. Sed tota quaestio in eo versatur, potueritne gr. -ι- (τιν-άσσω) ex i.-e. e reducto nasci: cf. Schwyzer I 351.

ὕπερ φ ο ν,

Ion. ὑπερώϊον „cenaculum (in contabulatione positum)“ ex ὑπέρ et voce **ōu̯iom* „habitatio“, quae cum οἴη „vicus“ coniungenda est, factum iam Schweizer-Sidler KZ. 12, 309 vidit neque est, cur eam interpretationem spernamus; de voce οἴη consulendus est Hofmann s. v. Forma vero **ōu̯ā* in lac. ᾠβά (cf. ᾠάς· τὰς κώμας) et in thess. οὔαι· φυλή (de u in ου mutato v. Schwyzer I 90 b) occurrit. Ut vero ex radice **dheu-* voces messap. βύ-ριον· οἴκημα et φυλή ortae sunt, ita ex radice **ōu-*: ὑπερ-φον „cenaculum“ et ᾠβά. ὑπερφον igitur proprie „superiorem habitationem“ designat. Verisimile est **ōu-* cum forma radice **au-* (Pokorny 72, 2) coniungi posse, ut φόν < **ōu̯iom* „ovum“ lat. voci *avis* propinquum novimus.

Gr. ὑπερφα „palatum“ a parte superiore aedium translatum est, cf. lat. *palātum* (W.-Hofmann s. v.).

φύλαξ

Supra I 262 et 265 eam vocem ex **bhu-l-*, cui φαλεός „Schlupfwinkel, Lager wilder Tiere“ (Hofmann s. v.) < *bhō[u]-l-*, v. nord. *bōl* „Lager für Tiere und Menschen“ (ibid.) responderent, natam esse diximus. *Custos* igitur is est, qui pro aliquo loco *excubans* circumiacentia speculatur. Quo pluribus argumentis ea interpretatio nitatur, praeter ea, quae I. I. attulimus, et praeter lat. *excubiae* ea memoranda videntur, quae Buck, Synonyms 1042 memorat: „NG κοιτάζω, look, look at, deriv(ated) of κοίτη . . . in the meaning 'observe' . . . reflecting Hellenistic κοιτώ 'keep guard'; attested in Hellenistic c(om)p(oun)ds used as military terms . . . and the use of κοίτη as a military term for the quarters of the 'guard, watch' (κοίτη τῶν φυλακιστῶν in pap. of 3d. cent. B. C.; κοίτη alone in Aen. Tact., etc.)“.

Ab ea significatione non procul abest ἔρκατή φυλακή, quae vox ab ἔρκατος φραγμός separari non potest: hic notio loci saepi dominatur, quae proxima est gr. φαλεφ.

Ljubljana.

M. Grošelj.

DE USU QUODAM PARTICIPII PRAESENTIS

De usu participii, quo non subiectum actionis sed res in qua actio efficitur denotatur, A. Debrunner, Verschobener Partizipialgebrauch im Griechischen (Mus. Helv. I [1944], 31 sqq.) copiose disseruit. Huius usus, quem locutio francogallica „*café chantant*“ repraesentare solet, illustrandi causa hic mihi aliquot exempla ab ipso allata repetere liceat: Procli Chrest. Gramm. (Scriptores metr. 234,1) τὰ περιέχοντα „argumentum“, cf. NT I Petr. 2, 6 περιέχει ἐν τῇ γραφῇ; Aesch. Ag. 1078 sq. τὸν θεὸν καλεῖ οὐδὲν προσήκοντ' ἐν γόοις παρασταεῖν deum vocat, quem querimoniis astare non decet“; Soph. Oed. Col. 977 ἄκον πρᾶγμα „opus, quod non libenter fit“. Item usurpantur: ὁ ἐπιβάλλων „der, dem es zusteht“, τὸ εὐρίσκον (εὐρόν) „der erzielte Preis“, τὸ αἰροῦν (μέρος) „der darauf entfallende (Teil)“, τὸ λαχὸν μέρος „der erlostete Anteil“, τὸ συνειδός = ἡ συνειδησις, ἐπίδηλος „einer, an dem etwas sichtbar wird“.

Exemplis I. c. praebitis hos duo quoque locos adicere velim: Leont. Vita Ioann. 23, 22 (ed. Gelzer 1893) κεράμια ἐπιγράφοντα „Μέλι πρωτεῖον“, qui locus sic Latine reddendus est: vasa, quibus inscriptum est „mel eximium“, et Anon. Antiq. Cpol. Bandur. Imp. Orient. vol. I p. 12, F (Stephani Thes. Gr. linguae s. v. γράφω) Ἰστανται δύο στήλαι Ἑλένης καὶ Κωνσταντίνου καὶ σταυρὸς μέσον αὐτῶν γράφων, εἰς ἅγιος, εἰς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρὸς ἀμήν, quem sic interpretor: crux . . . in qua scriptum est etc. — Indicativum quoque verbi γράφειν vi intransitiva adhibitum invenire possumus ibid. p. 15 D Πυξίον μικρόν, οὗ ἐν τῇ κερφαλῇ ἐγραψεν, Ἀφροδίτης παρθένου ἱεράς οὐδὲ θανούσα χωρίζομαι.

Hos locos simillimos esse apparet illi Latino, quem M. Grošelj, Philologa II (Dissertationes Classis II Academiae scientiarum et artium Slovenicae I [1950], 127 protulit ex Agnelli Lib. pontificali ecclesiae Ravennatis (edd. Holder—Egger, Mon. Germ. SS rer. Langob., Hannover 1878, 27 p. 291, 30) *lucernam* cum cereostato ex auro purissimo tectit . . . una cum sua effigie scenofactoriae artis factam infra orbita et per in giro legentem: „Parabo lucernam etc.“

Ljubljana.

E. Mihevc.